

id uocat, et fieri ex urina lyncum bestiarum  
Emaribus fuluum & igneum, e feminis lā-  
guidius atq; candidum. Alij dixerunt langus-  
rium. & esse in Italia bestias langurias. Ze-  
nothenis langas uocat easdem, & circa Pa-  
dum ijs uitam affirmat. Sudines arborem,  
que gignat in Liguria. In eadē sententia et  
Metrodorus fuit. Sotacus credidit in Britā-  
nia arboribus effluere, quas electridas uo-  
cauit. Pytheas gutonib; germaniq; genti  
accolis estuarium mentonomon nomine  
Oceano spatio stadiorum sex milium. Ab  
hoc diei nauigatione insulam abesse Abalū  
Illo uere fluctibus aduehi, & esse cōcreti ma-  
ris purgamentū. Incolas pro ligno ad ignē  
uti eo, proximisq; Teutonis uendere. Huic  
& Timeus credidit, sed insulam Basiliam  
uocauit Philemon negauit flammarum ab  
electro reddi. Nicias solis radiorum succū  
intelligi uoluit. Hos circa occasum credit  
uehementiores in terram actos, pinguem  
sudorem in ea parte oceanī relinquere, de-  
inde estatibus in germanorum littora ejici.

Et in Ægypto nasci simili modo, & uo-  
cari facal. Item in India, gratiusq; thure  
esse Indis. In Syria quoq; fœminas uerti-  
cillos inde facere, & uocare harpaga, quia  
folia & paleas, uestiumq; simbriias rapiat.

E ; Theophrastus

Lang

Saral